

alt, ei trumentum, id est Eucharistia, aliaque sacramenta exaudient Iezrahel, id est semen vel brachium Dei, puta Christum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, quicunque est virtus et brachium Patris, ut scilicet ipsa sacramenta faciant opus suum, quod est fideles Christi purgare, sanctificare, pascere, roborare: Christus enim est qui per ea haec operatur in fideliis. Rursum Deus Pater Christi causa e cœlo depuit in Ecclesiastem ubertatem bonorum spiritualium. Idem Castrius ex S. Augustino: Exaudiāt, inquit, cœlos, id est coelites, puta angelos et sanctos, qui pro Iezrahel, id est fidelibus militabitibus, Deum precent; et cœli, id est sancti, exaudient terram, id est Ecclesiam, ut a Deo pluvias celestium bonorum Iezraheli, id est fidelibus, impetrant. Ante Christum enim ejusque sanctos, jussum erat cœlis ne pluerent: Mandabo, inquit Deus, nubibus cœli ne pluant super terram. Ita ipse ad litteram, ego symbolice. Hinc et anagogice Cyrius: « Exaudiāt cœlum, id est in munere meorum largum dispensatore faciat cœlum, sive cœlicolas, ut et ipsi misericordiam consecutos exhortari possint. Et tunc plane terra exaudiēt frumentum, vinum et olearum, id est fructum ferent, qui sunt in terra, spem vite, latitiae, hilaritudinis. Et typus quidem vite frumentum est, vinum autem latitiae, olearum hilaritatis et bone habitus. »

• 23. Et SEMINABO EAM MIHI IN TERRA. — « Seminabo, » id est instar seminis spargam ipsum, ait Vatablus, q. d. Ego Ecclesiam, ejusque apostolos et principes spargam per totam terram, ut illi per semen doctrinae et martyrii sui multam fidem et sanctorum segetem producant. Ita Haymo et Rupertus.

Nota: Vox « cam » grammaticae non referit a Iezrahel, utpote masculinum; sed « matrem ejus, » puta Synagogam: de ea enim egit hoc capite. Alludit et obiter perstringit, ut iam dixi, Israelitas et Babylonie redemptores in Iudeam, ubi, instar seminis iacti in terram, ubertim creverunt et propagati sunt. Ita Chaldaeus, Theodoretus, Theophylactus et alii. Simile est Jerem. cap. xxxi,

vers. 27. Vide ibi dicta. Nota: Té seminabo significat actionem et mortificationem seminis, puta Apostolorum et posteriorum. Nam, ut ait Christus, Joan. cap. xii, 44: « Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. » Non mino autem, ait S. Leo serm. 4 De SS. Petro et Paulo, Ecclesia persecutionibus, sed augustinus, et semper Dominicus ager segete diuina vestitura, dum grana que singula cadunt, multiplicatae nascentur. » Idem fit in qualibet anima fidelis et sancta.

Et MISEREBOR EIUS QUE FUIT ABSQUE MISERICORDIA. — Haec explicata sum cap. i, 6. Tantum nota: Pro miserere, etc., Vaticana Biblia legit diligam non dilectam. Hebreum enim 13, 17 rocham, significat intimum affectum tam dilectionis, quam miserationis et misericordiae. Unde S. Paulus, citans hunc locum Rom. cap. ix, 23, utrumque ponit. Ait enim: « Sicut in Osee dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam; et non dilectam, dilectam; et non misericordiam consequam, misericordiam consequam. » Quod enim Paulus dicit: « Vocabo non plebem meam, plebem meam; » Osee dicit: « Dicam non populo meo: Populus meus es tu. » Praeponit enim ea Paulus, que Osee postponit. Porro quod addit Paulus: « Et erit in loco ubi dictum est eis, Non pleba mea vos, ibi vocabulatur filii dei viventis, » non ex hoc capo, sed ex cap. i, 10, desumpsi. Ibi enim dixit Osee: « Et erit in loco ubi dicetur eis: Non populus meus vos; dicetur eis: Filii dei viventis (1). »

(1) Queritur hic potest, inquit Ackermann, utrum (ad Rom. ix, 25, 26) continetur prophetia, respiciens novum Testamentum, et statu Judaeorum tempore Christi? — Respondeo, nullam videri necessitatem eam statuendi. Nam non apparet, Apostolum his textibus probare vale inductionem Judaeorum, et eorum reprobationem; verum pro scopo habuisse videtur, ostendere quod haec pars populi Iudei reprobatio permissione divinae Abraham factis, non repugnet; cum his non obstantibus, jam sepius magna populi perierit. Notandum tamen in hoc laudatissimum interpretationem a communi interpretatione discedere.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Jubetur Osee adulteram domum suam abducere, cum eaque pacisci ut ibi multo tempore cœlestes sedent, nec fornicetur, nec ad virum suum redeat, ac per hoc representat Israel multo tempore fore sine Deo, sine iudicio, sine lege, sine rege, sine theraphim; sed in novissimo dierum reversuram ad Dominum (2).

1. Et dixit Dominus ad me: Adhuc vade, et dilige mulierem dilectam amico et adulteram;

(2) An de captivitate et de tempore redditus ex ea, quo multi Israelitarum, qui ab Assyris captivi abducti fuerant, cum Iudeis in patriam reversi sunt; an vero de moderno exilio Judæorum, et de conversione eorum ad

sicut diligit Dominus filios Israel, et ipsi respiciunt ad deos alienos, et diligunt vinacea uavrum. 2. Et fodi eam mili quindecim argenteis, et coro hordei, et dimidio coro hordei. 3. Et dixi ad eam: Dies multis expectabis me; non fornicaberis, et non eris viro; sed et ego expectabo te: 4. quia dies multis sedebunt filii Israel sine rege, et sine principe, et sine sacrificio, et sine altari, et sine ephod, et sine theraphim. 5. Et post haec revertentur filii Israel, et querent Dominum Deum suum, et David regem suum: et pavebunt ad Dominum, et ad bonum ejus in novissimo dierum.

1. ADHUC VADE, — jubetur hic Osee amare et preto conducere, inque domum suam inducere adulteram: quia prior fornicaria Gomer non plene representabat Israelis adulteria, id est idolatrias cum diis gentium quasi adulteris commissa, spreto vero amico, puta beo.

Queres, contra quos hoc signum assumptum sive nosnam representat haec adulteria? Duodecim tribus representante censem S. Hieronymus et Lyranus. Dua tanquam, puta Iuda et Benjamin, significare censem alii, ut, sicut Ezechiel, cap. xxiii, per duas sorores merefiantur notam omnes Hebreos idololatrias, puta per Oolla decem tribus, per Ooliba duas; ita hic Osee per Gomer fornicariam, cap. i, significat decem tribus, per adulteram vero hoc capitale significat duas, quod decem in idolatria cultu secundum et imitare sunt. Ita Haymo, Rupertus, Albertus, Hugo, Vatablus, Riberus et Sanchez.

Verus melius Chaldaeus, Theodoretus, Theophylactus et a Castro censem hic eodem notari,

Christum in fine seculorum, quam Paulus, ad Rom. xi, 24, proficit, hanc dicta sint intelligenda, variant interpres. Ast plurimi ultimam amplectantur sententiam, inter quos est Sanctius, qui tam priorem sententiam modo credunt, quia in toto capite nihil videt, quod temporis captivitate et redditus ex ea convenire non posset. Calmetus hoc nostrum vaticinium de diuina Israëlitica captivitate expoñit. Ad vers. 1 hoc habet: « Mulier haec est alia ab ea quam antea duxerat in uxorem. Prima illa designata Israëlitaram nationem, ac Dei cum illa divorciatum. Eam derelinqueret hostibus suis, ac permittetur ut in captivitate abducatur. Hoc autem designat sponsus hojus reipublicae, ac jam penitentem, nouum tamen eam priori viro in gratiam reverse, ac nec inter flagitia versantis conditionem, vers. 1-4, David, de quo vers. 5 est sermo, ipsi est Zorobabel, typos Christi. » Hoc illi. Nobis, inquit Ackermann, argumento hujus capituli, et argumentis pro utraque allata sententia perspicimus, hoc statuendam videtur. Hoc capite subjungitur symbolum secundum uxoris, quoniam eaque adulteram sibi despont, et tamen loc. 1, ut longior tempore honestam et pudicam esse vitam vivat, nec alterius fiat sponsa aut uxor, neque ipsa eam per impias dominum deducat, ut in adulterio futura Israëlitara diuturnum conditio, nempe captivitas, in qua etiis de aliis non colant, tamen Deum non experientur maritum faventem, donec futuro allundo tempore sequatur redditus, ipsique Dei gratiam Laurent et consequantur. Huic redditui jungit Noster, ut aii prophetæ, promissionem Messie (cf. Jerem. xix, 9; Ezech. xxxiv, 23; xxxvii, 24), quin tempus adventus definit, aut ullum ejus characterem præter originem ex propria Davidis tangat. Quam sententiam nostram facere non dubitamus.

Secundo, Chaldaeus, S. Hieronymus, Cyrilus, Theodoretus, Hugo, Isidorus, Paulus a Palatio, a Castro, Emmanuel et alii censem hanc mulierem non fuisse Gomer, sed aliam (uti verba textus immunt, presertim adhuc et fodi, id est emi: ergo haec non erat empta nec comparata) quem a viro suo discedens adulteria effecta sit, quam Osee jubetur a scolare avocare, et emere non in uxorem, sed in ancillam, ac domi retinere castam, ut nec cum viro, nec cum adultero copuletur; donec post multum tempus ad virum suum revocetur, et in ejus gratiam thorunque redeat. Audi S. Hieronymum: « Propheta diligit adulteram, et tamen non ei matrimonio copula-

tur, neque fornicatione conjungitur, sed tantum diligit delinquentem. » Hoc enim verba Osee significant, vers. 7 : « El dixi ad eam : Dies multos expectabis me : non fornicalberis, et non eris viro; sed et ego expectabo te. » Quod deinde explicans et ad scopum per eam prophetice representatum applicans subdit : « Quia dies multos sedebeunt filii Israel sine rege, etc., et post haec revertentur, et querent Dominum Deum suum. »

Tertia sententia, quam Theophylactus, Rupertus (qui vult hanc fuisse sororem Gomer), Vatablus, Sanchez et alii sequuntur, media est, nimis mulierem hanc aliam fuisse a Gomer, empfantam ab Osee in sponsam et uxorem, non in ancillam. Hoc enim significat *et diitige mulierem*, q. d. Duo in uxorem et ut uxorem dilige. Rursum *et expectabis me, sed et ego expectabo te*, unde liquet eam ab Osee fuisse despontatam, ut fieret uxor; sed *Gesu* consummatione conjugij et copula abstinuisse ad longum tempus, quo expleto, ei copulatus est, ut representaret pari modo Synagogam multo tempore fore sine rege, lego, Deo, eoque expleto, ad Dei amplexum redditur. Osee enim videtur hi personam Dei generare, mulier Synagogae, conjugium et copula religiosum et cultus Dei. Ergo fuit hec uxor Osee, sicut Synagoga erat uxor Dei. Unde sequitur virum eius priorem, sub qua adulterata erat, iam fuisse mortuum, aut certe per libellum repudia et a viro ob adulteria datum, scissum et solutum fuisse prius cum eo conjugium, ita ut jam soluta potuerit nubere Osee prophete.

Haec sententia probabiles sunt, sed secunda probabilius, ob nostram versionem, que verit, « dilectam amico, » id est marito; sequitur enim : « Siue Dominus diligit filios Israel, » q. d. Sicut haec mulier, fuit multum dilecta a marito, tamen adulterior, ita filii Israel, licet multum dilecti a Deo, tamen copulantes idolis. Amicos ergo hic non potest accepi adulter, sed maritus : talis enim erat Deus respectu Synagogae. Hinc sequitur mulierem hanc habuisse amicum, id est maritum superstititem, ac proinde non potuisse appeti ab Osee in uxorem, sed tantum in ancillam, aut potius Osee eam perditam et profugam adamasse in charitatem, ut proximam, eisque dedisse preuum et hospitium, ut adulteriora desineret. Ita autores citati, ac nominatio per amicum hunc accipiunt maritum, non adulterum, Chaldaeus, Lyranus, Isidorus, Paulus a Palatio, Arias, Guadaluensis, Vatablus et alii multi; licet S. Hieronymus, Theodoretus et Theophylactus ex Septuaginta intelligent adulterum. Et sic *rea*, id est amicum vel socius, significat maritum, *Jeren.* iii, 20 : « Quomodo si contemperat mulier amatorem suum, et hebreo *rea*, id est amicum, puta maritum. Hic ergo inimicus geri, typum Dei, non Osee, qui tantum mulieris hujus est conductor.

Porro Chaldaeus, Isidorus et Vatablus censem

hac facta esse in Osee non realiter, sed tantum in spiritu per visionem imaginariam. Melius Theodoretus, a Castro et alii censem re ipsa ab eo esse facta a patrula. Vide dicta cap. i, 1.

Et ADULTERAM. — Septuaginta Complutensia et Regia legunt, *και μανιάθετης*, id est *adultera*, sed corrupte; legendum enim cum Codice Vaticano, Sanchez, Hieronymo et Theophylactus, *και μανιάθετης*, id est *adultera*. Patet ex Hebreo, Syro, Arabico et alii. Vide hic tenerum Dei cor, quo amat et sequitur peccatores a se aversos.

Moraliter S. Augustinus, *homil.* 38, inter 50 : « Eveille, ait, con tuum ab amore creature, ut in heres Creatori, quia si amas illa que fecit, adulter es, et queris iram, quia amictia hujus seculi iniuncta est Deo. Quicunque ergo volerit esse amicus hujus seculi, iniunctus constitutus est Dei. Anima, deserto Creatore, amans creaturam, adultera est. Illius enim amore nihil castius, nihil delectabilius. O anima, ut illius amplexibus digna sis, dimite ista, et illi inhere grata! Nam inde dixit Psaltes, *Psalm. LXXII* : Misi adhucere Deo bonum est, ideoque versus priorem premissum dicens : Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. »

ET DILIGUNT VINACEA UVARUM. — Pro *vinacea*, hebreica est *תְּכַנָּה אֲסִיפֶת*, quod Chaldaeus, Lyranus, Marius, Forsterus, R. David, et ex eo Vatablus et Pagninus vertunt, *avrophora*, *vel lagena warum*, quasi notetur hic idololatrarum gula et ebriositas. Solebant enim idololatras in suis sacrificiis et festis solemnitibus epulanti et potare, immo presertim certam vini et cibi mensuram distribuente, ut ei fecit David, cum arcum transtulit in Sion, *Il Reg.* vi, 19. Hinc et Septuaginta vertunt *מִזְבֵּחַ*, id est *bellaris*, panes ex simila factis et placentes, que idolis offertur, ait S. Hieronymus et Theophylactus (l).

Verum melius S. Hieronymus, Vatablus et alii vertunt *vinacea*. Nam et *Aquila* vertit, *מִזְבֵּחַ*, id est *estufa*; et *Symmachus*, *אֲסִיפֶת עֲדָמָה*, id est *infusiferis*, sive aridos et steriles uvarum foliaceis; vinacea enim sunt folliculi sive pellicule uvarum, que in torculari expressa, uva vinorum deducunt remanent. Unde hebreo vocatur *תְּכַנָּה אֲסִיפֶת*, quasi dies *ina*, seu *fundamenta*, que in torculari subsidunt; a radice *עַדְמָה* aspisca, id est fundavit. Ita *Columella*, lib. VI, cap. ii (ubi vocat *siccata vinacea*), et *Varro*, lib. III *de Rustica*, xi, et *Cato*, cap. x, et *Plinius*, lib. XVII, cap. xxv. Eadem vocantur *lora*, quod lota acina, ac pro vino operaris datur hieme, ait *Varro*, lib. I, cap. lxxv. Et *Plinius*, lib. XIV, cap. x : « Non possunt, ait, dieci vina, que Graeci deuterias appellant, Cato et nos Ioram, maceratis aqua vinaces; sed

(1) « Istiusmodi placentarum mentionem hoc loco sciit observat Rosenmüller, perquam aptam esse, unusquisque intelligit ipsa. Magis autem illarum non erat in sacris, et diversi extabant eorum genera. In Phoeniciorum sacris, quia primitus imitabantur Israelita, id constat ex *Jerem.* cap. vii, 18.

ta *Canonic*. : « Orando bibitur vinum lebificans cor hominis, vimum spiritus quod inebriat, et carnarium voluptatum infundit oblivicionem. »

2. *ET FODI RAM.* — Id est conduxi, comparavi *ram*. Ita Septuaginta, Chaldaeus, S. Hieronymus, Hugo, Lyranus, Vatablus, Arias et alii passim. *c* *earum*. Nota : Hebrewum *רֹאשׁ כָּרֶב* cara proprius significa fodere, excindere, excavare; inde per metalepsin significat comparare vel emere. Olim enim quisque fodiebat sibi cryptas ad habitationem et ad sepulturam, ac multo magis vinenas, agros, putoes et cisternas, quibus maxime in Mesopotamia loquuntur vicini (ubi habitabant ebrei res publicae Israel) ob terrae seccitudinem et calorem indigent, indique tot et tanta jurgia pastorum Isaac cum pastoribus Abimelech ob hosce putoes, *Genes.* xxvi, 17, 20, 22, adeo ut etiamnum viatores ibidem ad putoes communem emebant et divertant, seque ad Europa ambulant ad hospita, ut mili retulit oculatus testis R. P. Marietus. Putoeo ergo olim *fodiendi* sibi comparabant, ut patet *Genes.* i, 3, et alii. Hinc *fodere* significat emere, comparare, ut *Deuter.* ii, 6, *pro aqua emptam haereticis, hebraeis*, est, *aqua fodiens ab eis argento*, id est emetis argento, emptamque haereticis. Addit S. Hieronymus, Haymo et Lyranus, Osee ut hoc verbo fodendus, quia aliud ad vinacea iam dicta; Israel enim erat quasi vinea qua fodis solet. Unde cap. ii, 13, dixit : « Dabo ei vinitores ex ea. » Quocirca Leo Castrinus : *Fodi*, inquit, et pastinavi vineam, impendam in fossores quindecim argeles. *Secundo*, Forsterus : *Cava*, inquit, significat fodere et scindere, indeque emere : quia ementes et vendentes dexteris invicem percutebant quasi discordi, earumque dissensionis et divisionis stipularunt venditionem ultrisque esse factam, ratamque emploium significant. *Tertio*, Arias, *fodi eam*, id est emi in servam perpetuam; hinc enim fodi et perforari solebant aures, justa legem *Ezodi* cap. xxi, 6; *Dout.* cap. xv, 16.

Unde nota : Licet Ruffinus et libera paulo ante citati censeant hanc feminam ubi Osee fuisse emptam in uxorem; apud veteres enim, etiam hebreos, sponsi et mariti emebant sponsas et uxores, tam ab eorum parentibus, tam ab ipsiis, dando eis pro dignitate ejusque numeris; et sponsae vicemissim dotem dando, ea sibi maritos oemebant. Ita David enim Michel centum preputius Philistinorum, Jacob Racholem enim servitu septem annorum, *Genes.* xxix, 18. Sephora enim Moses sanguine filii, quem circumcidit, *Ezodi* iv, 23; vide ibi dicta. Idem mos fuit apud Romanos, ut patet ex Cicero, *oratione pro Morena*, et Cetlio, lib. XVIII, vi, aliquo apud Graecos : unde *Iliad.* IX, Agamemnon Achilli offert filiam sine *πόνῳ*, id est *donis*, que sponsi solent dare sponsis. Unde ab Ovidio dona jugalia vocantur, ab aliis sponsalia. Sic ergo Osee hic videtur emissu uxori. Tamen verius est ipsum eam non emisse.

conjugem, sed conduxisse in ancillam, ad hoc ut adulteris et adulteris abstineret. Unde Septuaginta vertunt : ἡσθεσάντην αὐτήν, id est *mercede et prelio conduxi eam*; μόδι, enim est merces. Ita S. Hieronymus, Albertus, Hugo et alii supra citati.

QUINDECIM ARGENTEIS. — scilicet siclis. Siclus autem penteplat quatuor drachmas Atticas, id est semiuncia, puta 4 regales Hispanicos, sive quatuor solidos Italicos, ut dixi Ezech. xxx, 13. Ergo siclus argenteus erat florenus Brabanticus, et 15 solidi 15 floreni Brabantici.

CORO nōrgn. — Corus, hebraice חומר chomer (diversus est ab ἔρων sive gomor, que mensura erat vicius diurni, Ezech. xi, 16), erat mensura continens 30 modios. Ita S. Hieronymus et Ephanius, lib. De Mensuris, qui ait corum continebat 30 modios, esseque cameli onus. Addit Paulus a Palatio, corus sive chomer esset onus asinorum, quod sollicit fortis asinus ferat, indeque dicit chomer a חמור chamor, id est asinus. *Aut*quissimum, ait Plinius, lib. XVIII, cap. vii, in tuis hordeum, sicut in Atheniensium rifi apparet; et gladiatorium cognominé, qui Hordearii vocantur. *

ET DINDIO CORO HORDEI. — Hebraice לְתַחְסֵרָם, quod mirum est Septuaginta vertere ἀπέστρατον, id est lagena vini: seorsim enim hordeum significat, non vinum. Et ceteri interpres verterunt τρίποντον, id est modum corum, hoc est quindecim modios hordei. Ita S. Hieronymus, Ephanius et alii.

Porro empta fuit haec uxor dimidio coro hordei; quia olim confarreatione nuptiis contrahabantur, cum certis verbis eorum testibus solemnissimo sacrificio, in quo panis fureus adhibebatur, in manu conveniebant, at Ulpianus: quod a Romulo institutum fuisset testatur Dionysius: nam farreatio illa significabat vita communione; quoicunque differentia apud Festum est dissolutio matrimonii confarreatione contracti. Ita Ulpianus, leg. IX Inst. Plinius, lib. XVIII, cap. iii, et ex iis Pineda, lib. V De Ilebus Salomonis, cap. ii (t).

Quares, quidnam haec significant? *Primo*, Chaldeus, S. Hieronymus, Hugo, Lyranus et alii censem quindecim argenteis significari decimam quintam diem primi mensis Nisan, puta Pascha, quo Hebrei sanguine agni paschalis a morte, quam inferebat angelus persecutus primogenita Egyptianorum, redemerunt suos primogenitos,

(t) Quod Propheta dicit se quindecim siclis Chomere et Lethelo hordei sponsum emissare, explicant aliqui ex more apud Persas vigante, quo certe summa pecuniae adductum certam mensuram tritici, si ducunt uxorem ad tempus definitum; alii, coll. Ezech. xii, 32, putant Hosaeam uxorem servili conditione missam, idoneam quindecim siclos argenteos solvise, itisque totidem ephas addidisse, ut reliquias triginta siclorum summam hac ratione periceret.

(Ackermann.)

Prima est: « *Dies multis (puta annum integrum; hunc enim Hebrei vocant ימים iamini.*

Id est dies, quia annus est omnia dierum complexio et revolutio: et ad annum vicium deducat ei prelum, uti iam dixi) expectabilis me, » hebraice, *סֶדֶךְ מִתְהָ*, vel metum, q. d. Per annum apud me habitabis et desidebis, nec vagaberis per domos et hospitiis tuorum amasorum. Ita Theodoretus, Theophylactus, Paginus, et alii. Unde Isidorus et Valerius exponunt, q. d. *Multos dies in luctu sedebo quasi visua*. Osee hic representat non Deum, sed Salamanasar, qui Israelitas in Asyria quasi in hospitiis captivos detinuit. Noster verit, « expectabis me, » quia respici rem significat: ad hoc enim sedebat omni Prophete, ut expectaret tempus quo ab eo reconciliaretur, et reduceretur ad maritum. Ita S. Hieronymus, Haymo et alii.

Secunda est, « non fornicaberis; » hic enim fuit precipius scopus Propheta, nimur ut avocaret eam a fornicatione. Ubi nota insignem eius charitatem et zelum animarum. Ita S. Ephrem celebrat zelum et soleritatem Abramii eremite (in ejus Vita), qui Mariam neptem suam in formationem lapsam, indeque publice in hospito metrictantem, re cognita insecuri, magno labore æque ac industria inde abduxit, et in crenum ad pristinam vite sanctitudinem perennemque penitentiam reduxit. Ita S. P. N. Ignatius Romanus et S. Marthae extrahendit curavil, ut in eo recipenter muliercula, quæ a turpi quaestu abducere vitam in melius mutare vellent, ipseque existens Generalis illas eo deducet. Cumque ei obijiceretur in illis operari perdi, quod facile ad vomitum redirent: « Minime sane, inquit Ignatius, sed si omnibus vita meæ cursus atque labores id possim efficere, ut vel unam noctem peccato vacuum præterire istarum aliqua velit, omnes ego quidem nervos contendam, ut vel illo tam exiguo tempore Deus et Dominus noster non offendatur, etiam si sciati illam statim ad ingenuum rediturum. » Ita Ribadenaira, lib. III Vita ejus, cap. ix. Nimur clare perspicere quantum malum, quanta Dei offensa et iniuria sit unum peccatum mortale, una fornicatio, ad maximam propinco averterendum quilibet Dei zeletes omnes vires corporis et animi contendere et impendere debeat.

Tertia est: « *Et non eris viro*, » id est nulli viri nubes, aut copulaberis, et consequenter nec ad tuum virum (ille enim te ob adulteria negligit et spernit) redibis, eive copulaberis; multo minus mihi, qui sum merus tui custos, hospes et conductor.

Quarta est: « *Et ego expectabo te;* » hebraice, et ego *רֹא* te, scilicet respiciam et veniam: ut suo tempore, puta post annum, te ex hoc meo dominu[m] hospitio educam, et ad maritum reducam. Noster verit, « expectabo, » quia respici rem significat, q. d. Exspectabo, ut tu penitus convertaris, tumque ego te marito restituam. Ita Chaldeus, S. Hieronymus, Haymo, Hugo et Lyranus. Aliter Ribera: *Expectabo*, inquit, te ut tecum copuler, et ex te rursus liberos procreem. Censem enim hanc fuisse Gomer uxorem Osee, a qua ipse ad tempus jussa Dei abstinnerit, jusserritque eam domi sedere quietam, nec fornicari; sed expectare se, suumque thorum, ad quem deno eam revocatus erat, ut representaret quod Deus, qui Synagogam Judeorum jam quasi dereliquerat, data interim frugali sustentatione bonorum temporalium, expectaret eam usque in finem mundi, ut tune et rursus desponetur, eique liberos procreet. Alter quoque Valerius, Paginus et Arias; vertunt enim: *Non eris viro, ne etiam ego ad te, supple, ingrediar, ut tecum copuler.* Significationem et causam harum contradictionum explicat Osee, et applicat Israheli dum subdit:

4. **QUA DIES MULTOS SEDEBUNT** (desolati et dispergi, id eoque lugentes, afflicti et squalidi) **FILI ISRAEL SINE REGE**, etc. — *Primo*, Rabbinus, Ruffinus, Albertus et Hugo luce accipiunt de captivitate Babylonica duarum tribum, usque ad ejus laxationem per Cyrum. Verum obstat quid in illa captivitate habuerint haec tribus pontificem, scilicet Josede, item legem et iudices, ut patet Daniel. xv, 3, quin et regem Joachim, et principes Zorobabel et Salathiel, insuper altare, ut patet Baruch. i, 40, et sacerdotes ac prophetae, ut Daniel, Ezechiel, etc., atque Deum colebant, quem tamen omni hiis eis defore predicavit. Rursum Zorobabel aut Salathiel non potest dici David rex. Ita S. Hieronymus, Cyrus, Rupertus, et S. Augustinus, lib. XVIII De Civit. xxviii.

Secundo, R. David haec configit ut tempore Machabeorum et Herodis: tunc enim subacti fuerunt Judei ab Antiocho Epiphaneus ejusque posteris, qui sacra Iudeorum profanarunt, et pontificatum vendebant; ac licet tunc Machabei essent principes, non tamen erant legitimi, quia oriundi ex tribu Levi, non Juda, cui sceptrum dedit Deus, Gen. xix, 10. Verum erat; tunc enim sub Machabeis maxime floruit religio, virtus et fortitudo Iudeorum, erantque ipsi legitimi principes, utpote a toto populo electi. Nec obstat locus Gen. xix, 40, ut ibi ostendit.

Tertia, S. Hieronymus, Cyrus, Haymo, Hugo, Lyranus, Paulus a Palatio, Vatabulus, Ribera, Sanchez et passim alii, ac S. Augustinus, lib. XVIII De Civit. xxviii, censem haec pati Iudeos nunc, puta post Christum, et passuros eadem usque ad finem mundi. Jam enim earent rege, sacerdotio, altari, etc. Verum hoc paluntur Judei ob occisionem aëis Christum, non ob idolatriam; quod tamen asserit hic Propheta. Rursum hucusque Propheta egit de Israelitis, id est decem tribibus, non de Iudeis, puta Iudeis: Iudeorum enim dixit se miserturum, cap. i, 7; fater tamen a pari ad eos haec posse extendi. Unde

Quarto, dico cum Theodoro, Theophylacto, Chaldeo et a Castro, Prophetam perger loqui da

Israelitis, id est decem tribus, ac praedicere earum excedit, et desolationem duratam usque ad finem mundi. In Assyriam enim abducti, inde numquam redierunt, nisi per pauci mixti Iudeis; sed sparsi et incogniti vagantur etiamnum toto orbe: unde carent rege, lege, republica, sacerdotio, etc., servientique viros, pauperes et miseri alii genibus et principibus, ut mulies illa (que horum erat typus) sedebat apud Osse desolata, quasi vidua, carens marito, omniq[ue] alia ope divina et humana, habens solam tenuem sustentationem quam dabit illi Osse. Hoc est quod eis pariter prædixit Azarias propheta, *Il Paralip.* xv, 3 : « Transibunt multi dies in Israel absque Deo vero, et absque sacerdote doctore, et absque lege, » q. d. Exixa Samaria ab Assyris anno 6 Ezechie regis Iuda, Israelite captivi erunt et profugi, carebuntque tam republika quam Ecclesia, tam rege quam pontifice, tam curia quam templo, tam civili jure quam sacro.

SINI ALTI^{RA}. — Hebrei est מִזְבֵּחַ matseba, id est statua. Unde Leo Hebreus, Isidorus, Arias, Pagninus et alii vertunt, sine idolis. Verum melius veritatem Nosfer, sine altari, ita enim vertunt Septuaginta; altare enim directe et correlative respondet sacrificio, quod antecessit. Hinc et Chaldeus vertit: Negre erit in Samaria excelsus, scilicet altare. Matseba enim significat omne id quod erigitur, statuatur, firmatur, quale in primis est altare, a radice תְּאֵת iatsab, id est stetit, et in hiphil בָּצַר hetsib, id est statutum, erexit, firmavit.

SINI EPHOD. — Ephod, sive superhumeralis, erat primaria vestis pontificum, ut dixi *Exod.* xxviii, 6. Unde significat pontificatum et sacerdotium Israeli auferendum, uti jampridem ablatum est. Ita S. Hieronymus, Theodorestus, Theophylactus, Hugo et Lyranus: quoque Sepuginta vertunt, sine sacerdotio. Verum quia in *in sime sacrificio*, et *sine altari*, sat significavit auferendum pariter sacerdotium, hoc enim sine altari et sacrificio esse nequit; hinc pressius et melius per ephod accipiens oracula et prophetiam, que fibat per urim et thummim posita in ephod, uti dixi *Exod.* xxviii, 30; significat ergo ab Israele auferendos Prophetas et pontifices, qui per urim et thummim denk oracula, et consulti respondeant de futuri. Ita S. Cyrilus, Theodorestus et Theophilactus.

SINI THERAPHIM. — Queres, quid est theraphim? Primo, Iudei censem fuisse sacras imagines, quibus privandas erant decem tribus in Assyriaca captivitate; unde Aben-Ezra et alii Rabbinii ex hoc loco colligunt sacras imagines non fuisse Iudeis vetitas, sed tantum profanas et idolatrias. Sileat ergo Lutherus et baretti, qui volunt theraphim fuisse sacras imagines similes imaginibus catholicorum, unde eas esse vetitas, quia alibi passim Scriptura vetat et damnat theraphim. Legant hi fabulones Bellarminum, lib. II *De Sanctis*.

Secondo, Arias et Cajetanus in *Judic.* xvii, et Olearius in *Genes.* xxxi, 19, censem esse imagines quas certe astorum situ conficiebant astrologi, ut ex his loquentibus, responsaque danibus cognoscerent futura. Unde R. Eliezer in suis *Capitulis*, cap. xxxvi: « Quare, inquit, vocantur theraphim? ac respondet: « Adduciebant hominem primogenitum et macabrat, cigne caput absimilabat, atque hoc sale et aromata confidebant, ac inscriberant super laminam nomen cuiusdam spiritus immundi. Porro supponerant nomine illud sub lingua ipsius, eamque reponerant in patrie, atque coram eo ascendebant lucernas, et adorabant eum, ipse vero alloquebatur eos. » Et Aben-Ezra in *Genes.* xxxi: Theraphim, ait, erant hominum imagines, ad superiorem virtutum et colorum influxum suscipiendum. Sic et Lyranus in *Judic.* xviii.

Tertia, ali Rabbini censem esse instrumenta quedam terrena, ad horarum partes interius demandata, seu esse horologia, cylindri, astrolabios.

Quarto, Monceius, lib. *Id Vitulæ aureo*, xviii et xx, Quaria putat theraphim fuisse Cherubim, aliis Seraphim. Unde Cedrenus, referens historiam *Judic.* xvii, pro Theraphim habet Seraphim, Chaldei enim ita dicunt: nam pro littera s, ponunt t, ut pro seculis, id est tria, dicunt thelati; pro sestos, id est sex, dicunt set; pro mesecis, id est proverbia, dicunt methealim; pro matseca, id est fusile, matheca; pro saqr, id est janua, dicunt theraph, cum metathesi, e quo Grecorum θύρα, et Germanorum thor, inquit Serarius in *Judic.* xvii, Quasi. V. Hinc et S. Hieronymus: Theraphim, ait, sunt Cherubim et Seraphim, sive alia que in templo ornamenti sunt sicut fieri; hinc enim omnia per syncedonem significantur in sui parte, puta in theraphim, hoc est Cherubim et Seraphim. Ita et Haymo, Albertus, Hugo et Dionysius.

Quinto, Christophorus a Castro, Sanchez et Leo Castrius censem theraphim esse urim et thummim, que erant duo lapides, vel duum simulacra, ut putat Christophorus a Castro, in *Rationibus pontificis*, dantia oracula et responsa consulentes. Probat, quia Sepuginta et Aquila vertunt, illuminationes, vel manifestations; sic autem idem vertunt urim et thummim, *Exod.* xxviii, 30. Verum uti novum, ita parum verisimile videatur, presentem quia hoc periculosem valde fuisse apud Iudeos, si imagines vidissent, vel audirent loquentes et vaticinantes. Erant enim ipsi in imaginum adorationem et idolatriam prepossessimi.

Quoque dico primo, « theraphim » significat *seta* *genit* *imagines* sive *simulacra*. Patet, quia ita vertit genit. Nosfer, *I Reg.* xix, 16, in statua quam pro Davide profugo supposuit uxor Michol, ubi Sepuginta vertunt θεραφία, id est statuas representantes mortuum hominem, sed ianues et evanidas, cum ipsum corpus hominis non adsit, sed absit. **S**econdo, quia Aquila vertit *μεταθέσις*, id est figuræ

sen imagines: Chaldeus נְשָׁמָנָה tsalmena, id est similitudines et simulacra.

Dico secundo, hinc consequenter theraphim, sicut et simulacra sumuntur pro idolis, quia prius imagines, presertim apud Iudeos, vix fecerant nisi dini et idolis. Patet, quia Noster interpres et illi, *Genes.* xxxi, 19; *Judic.* xvii, 3; *Ezech.* xi, 21, et alibi passim, theraphim vartum idola. Hoc dicuntur theraphim, vel a radice נְשָׁמָן, id est demittere, ut volunt Marcius et Fornetus, quod idololatria coram illis ex demitterent et humiliarent, et adorando; vel a Chaldeo תְּרָפֵה, id est putrescere, exprobare, et probris afficerre. Unde Chaldeibeth *hattpurha*, id est domum putridinum, vocant fanum idoli, et forte inde manuaria latina vox turpis et turpitudi, ait Serarius loco citato. Theraphim ergo idem est quod turpe, probrum, inmundum, putridum et putrefactum dignum: tale enim est idolum, quod proinde hebraice vocatur sterces et sordes, vel potius theraphim dicta sunt a Seraphim et Cherubim, de quo mox plura.

Porro theraphim hic, uti et alibi, significare idola, ex eo colligitur, quod per *in* sine theraphim, explicit illud quod de muliere dixit viri, *3*: « Non fornicaberis, et non eris viro, » q. d. Volo te o mulier, domi meo degere solam, ita ut non adulteris, nec marito tuo copuleris; ut representes quod Israelite post excidium par modo sedebunt sine sacrificiis et altari; ut non colant Deum verum, quasi maritum suum, et sine theraphim, ut non colant deos alienos, quasi adulteros; significat ergo Israëlistas longo tempore non cultores Deum verum, nec theraphim, id est idola.

Dico tertio, « theraphim » significat idola, tum qua deos, tum qua dabant oracula, et consulentes respondente de futuri eventis. Patet, quia *Ezech.* xi, 21, de rege Babylonio dicunt: « Interrogavit idola hebraica, theraphim, extra consilium; » et *Zachar.* x, 2: « Quia theraphim locuta sunt in ille, et diviniti viderunt mendacium; » unde et Chaldeus vertit: Non erit qui respondet redditum patet *Judic.* cap. xvii, 5, et cap. xviii, 26, in theraphim, Miche, Secundo, quia Sepuginta pro theraphim vertunt θύρα, id est, manifestations, et Aquila θεραφία, id est illuminationes, hoc est prophetiam et oraculum: denique Rabini: Theraphim, inquit, sunt imagines futurae preannuntiantes.

Theraphim ergo erant simulacra et idola, quae idololatrie domi habebant, invocabant, et in omnibus difficultatibus dubiusque consulentes, quasi Lares et Penates suos. Sic Rachel furebat est theraphim, id est, idola et Lares, patris sui, *Genes.* xxxi, 19. Sic Micha habuit theraphim, quasi Penates suos, *Judic.* xvii, 5. Itaque significatur hic quod Israel in captivitate caret theraphim, id est deis patris, Laribus et Penatibus suis, putatibus aureis, et Baalim, quos colebat in Samaria;

COMMENTARIA IN OSSEE PROPHETAM, CAP. III.

331

ria; licet enim mixtus gentibus coluerit earum idola, tamen hi non erant ejus theraphim, id est dei patrum, Lares et proprii Penates quos colerat in Samaria. Ita Hebrei, Lyranus, Vatablus, Pagninus, Isidorus, Arias, Serarius loco citato, et alii. Simili modo Gentiles coluerunt suos Lares, adeo ut etiam post excidium domo et urbe fugientes, eos secum peregre asportarent, ut Anas, excoxa Troja, extulit secum idola patria, quasi Lares suos, quod tacite irridens Virgilius sit:

Hunc in Italian pertans viclosque Penates.

Hinc narrant Gentiles, quod cum Troja in honore Palladii arx, et in eius summo templum illi edificaretur, e celo occidetur Palladium, id est Palladis simulacrum ligneum movens oculos et habens quam manu gestabat, ut seruit Servius. Hoc Palladium sibi locum in eo templo degredit, moxque oraculum ab Apollino datum est, Trojani exscedendam, si Palladium hoc ex subeffervelus, Quocirca Diomedes et Ulysses clanculum, occidit custodibus, illud extulerunt; ac paulo post a Graecis capta est Troja. Ita Ovidius, *V Faust.*, et Virgilius, *Il Aeneid.*:

Fata, inquit, aggressi sacro avellere templo Palladium, etc.

Palladium enim erant Penates Trojae. Et S. Augustinus in lib. *De Civit.*, ridet hoscos deos ubique tutores, qui oculos habent et non vident, pedes et non umbulant, manus et non possunt opitulari. *Tales*, inquit, fuerunt presides et custodes Capitoli, qui cum seipso non possent defendere, quanto minus valebant civitatem tuerit? *De his ait Plautus:*

Ego Lur sum familiaris ex hac familia,
Unde exuentu me aspexisti.

Inde Lararium vocabulat locus sive oratorium, in quo theraphim, id est Lares, et dei domestici servabantur et colebantur. Scribit Lampridius Alexander Severus imperatore in Larario rem divinam mane factitasse ad effigies deorum, in quibus habebat Abraham et Christum, in secundo autem Larario habebat simulacrum Virgilli et Ciceronis. Idem diei sui Penates, « sive a peno ducto nomine (est enim omnis quo vesculunt homines penus), sive ab eo quo penitus insident, ex quo etiam penitentia a poenis vocatur, » inquit Cicero lib. *Il De Natura deorum*. Et Macrobius, lib. III *Saturni*, cap. IV: « Penates, ait, esse dixerunt, per quos penitus spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. » Unde Plautus in *Mercat.*: « Ego milius alios Penates deos persecutar, alium Larum. » Et Terentius in *Phormione*: « At ego deos Penates hinc salutatum domum divertar. »

Hinc rursum suspicari quis potest theraphim oratum habere a Cherubim et Seraphim, uti su-

perius dixi. Cum enim gentes viderent Iudeos tanta venerazione prosequi Cherubim et Seraphim, tum post fabricam arcu et Cherubim per Mosem, tum ante eam. (Nam ante eam, Genes. cap. xxxi, Rachel dicitur fura therapistum, id est idola patris sui, atque ab initio mundi Cherubim positi erant ad custodiam paradisi; denique ex traditione Adeo, Noe, Abraham, filii et nepotes eorum ante Mosem cognoscabant et venerabantur angelos, seraphim et cherubim); inde Gentiles suspicunt sunt hec esse eorum numina et deos tutelares; unde ipsi pariter suos Lares et Penates nonnulli immulata et corrupta voce (uti fieri solet, cum voces et primava lingua in aliam peregrinam transeruntur) pro seraphim et cherubim vocasse videntur therapistum, prasertim Chaldeos, qui littera *t* gaudent, et *s* in *t* commutant, ut initio dixi. Hinc et therapistum saepe junguntur cum ephod, ut hunc loco, *Judic. xvii. 5*, et cap. *xviii. 4*, *et 17*; et constat enim ephod vestem fuisse sacerdotalem Iudeorum (1).

3. Et quarent (Israelite, sive decem tribus, tot centenorum annorum desolatione et derelictione afflicti, penitentes et resipiscientes) Dominum suum, et David regem suum. — « David, » id est Messianum, sive Christum Davidis filium, et in regno (non temporali, sed spirituali Ecclesie) successorem. Ila Chaldeus, S. Hieronymus, Hugo, Vatablus, Isidorus, Arias et alii passim. Ita Christus vocatur David, *Ezechiel. cap. xxxiv, 23*: « Suscitabo super servum meum David; » *Ieremi. cap. xxx, 9*: « Servient David regi suo, quem suscitabo eis. » Et alibi, ut docet S. Augustinus, tom. IV, lib. *De Octo Iudeiis questionibus*, Quest. V et ultima, ac fusa Galatinus, lib. III, cap. *xxxiii*; nomina enim parentum apud Hebreos saepe patronymicæ sumuntur pro filiis et posteris.

Et PAVEBUNT AD DOMINUM ET AD BONUM EJUS. — Pavor in Scriptura, cum Deo et rebus divinis tribuitur, significat summam reverentiam et reverentiam, q. d. Summa reverentia prosequen-

(1) Sensum recte enarrasse Rosenmüller merito videtur Kimchi: Israelite neque deos colent alienos, neque pavent; et verum, q. d. quia utriusque religiosi participes esse voluerunt, futuros utriusque expertos. Hanc interpretationem etiam Pet. de Figueiro suam facit.

tur et colent Dominum. Septuaginta vertunt: *Stupebunt in Domino et in bonis ejus*. Porro « ad dominum, » id est *audito nomine Domini, q. d.* Solo nominis divini *audita* perculti et attoniti, cum reverebuntur. Bonum autem hic significat Dei erga Israelites largitatem et beneficentiam, quam Deus fidibus per innumeratas gratias, dona et beneficia demonstrat, et testificissimam facit, ita ut fideles his visis in Dei tam liberalis et benefici admirationem et stuporem rapiantur, q. d. Israelite mira devotione et reverentia venerabuntur Dei bonitatem et magnificientiam; quia videbunt tam magnifica dona et beneficia ab ea sibi, fiet tam diu rebellibus post tot scula exhiberi, juxta promissa Abraham et patribus facta. Unde primo, partitum, S. Hieronymus, Albertus et Hugo per *bonum* accipiunt Jesum Christum, quem unigenitum suum (*ac* consequenter omnia dona per eum et cum eo) nobis donavit Deus Pater. Secundo, Haymo, Albertus et Arias per *bonum* accipiunt Spiritum Sanctum; hic enim est primum et inceatum *bonum* et dominum Patris et Filii, qui omnia creata dona in se complectens, ea ubertate in nos effundit. Tertio, alii per *bonum* accipiunt Eucharistiam; in haec enim summam beatitudinem, opes et gratias nobis in dies ostendit, et communiat Deus Pater, et Christus Dominus, iuxta illud *Zacharia capite ix, vers. 17*: « Quid est bonum ejus, et quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, et virtutum germinans virginis? »

In NOVISSIMO DILEBUM, — in fine mundi, quando sub adventum Antichristi, maxime post eum occursum, Israelites et Judei, qui ei viventi et regnanti adheserant, partim memorie concionum et miraculorum Eliae et Enoch, partim aliorum concionatorum *exhortatione*, convertentur ad Christum, uti dixi *Apoel. cap. xi*; tum enim omnis Israel salvus fiet, *Roman. cap. xi, 25*. Ita S. Hieronymus, Haymo, Albertus, Hugo, Lyranus et alii passim. Secundo, Isidorus et a Castro haec facta putant in incarnatione, et primo adventu et predicatione Christi, saeculum inchoante, tunc enim pauci ex Israel converti ceperunt. Errant alii, qui haec prestita putant in laxatione Iudeorum e Babylone facta per Cyrum.

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Causas irae Dei et vindictæ in Israelem recenset, maledictum, mendacium, homicidium, furtum, adulterium, etc., quorum omnia origo fuit, quod in eo non esset scientia Dei. Iursum horum omnium consumat, 8, assignat ignorantiam et malitiam sacerdotum, quæ peccata populi adulando forebant ut pro eis hostias ab eo acciperent. Tertio, vers. 19, arguit Israelis lasciviam et libidinem, ideoque ei ignominiosum excidium et captivitatem ministratur (1).

1. Audite verbum Domini, filii Israel, quia judicium Domino cum habitatoribus terre: non est enim veritas, et non est misericordia, et non est scientia Dei in terra. 2. Maledictum, et mendacium, et homicidium, et furtum, et adulterium inundaverunt, et sanguis sanguinem tegit. 3. Propter hoc lugebit terra, et infirmabit omnis qui habitat in ea, in bestia agri, et in volvere cali: sed et pisces maris congregabuntur. 4. Verumtamen unusquisque non judicet; et non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. 5. Et corruerunt hodie, et corruerunt etiam Prophetæ tecum: nocte tacere feci matrem tuam. 6. Conticuit populus meus, eu quod non haberit scientiam: quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: et oblitus es legis Dei tui, oblivious filiorum tuorum et ego. 7. Secundum multitudinem eorum sic peccaverunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. 8. Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum. 9. Et erit sicut populus, sic sacerdos: et visitabo super eum vias ejus, et cogitationes ejus reddam ei. 10. Et comedent, et non saturabuntur: fornicati sunt, et non cessaverunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo. 11. Fornicatio, et vim, et ebrietatis auferunt cor. 12. Populus meus in ligno suo interrogavit, et baculus ejus annuntiavit ei: spiritus enim fornicationum decepit eos, et fornicati sunt a Deo suo. 13. Super capiti montium sacrificabant, et super colles ascendebant thymiana: subtus querum, et populum, et terebinthum, quia bona erat umbra ejus: ideo fornicabuntur filii vestrae, et sponsæ vestrae adulterae erunt. 14. Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatae,

(1) Incipit ab hoc capite, ut recte observat Rosenmüller, alter ille sermonum Osee ordo, quo sine imaginis involveto, nudis verbis, criminis decem tribuum graviter reprehendit, et penas divinitus immittendas denuntiat. Hoc enim generaliter est tanus hojus capituli quam reliquorum argumentum, in quo tractando vates plenaria ita versatur, ut sententias propositam breviores, concisas et aliquid, quarum una alteram confirmat, amplificat, et id quod causa caput est, nova identiter lice perfundit: quare partes horum sermonum fera tandem possunt distinguiri, quod sententias, sive versiculis, sunt compositi.

Concomitentem hanc tempore interregni 14 annorum post obitum Jerobomini usque ad Salomonem editam esse a Prophetâ recte statuitur; quia diriguntur ad Israelites in genere, et mox ad sacerdotes quoque, populinque in specie, nulla regis mentione facta. Idem evincunt, inquit Rosenmüller et Maurer, que vers. 2 notantur, queque non possunt nisi ad bellum civile commode referri, et talibus temporibus, quibus nulla legum esset et magistratum auctoritas, maxima sunt propria, ut iterata et promiscuae eos, latrocinia occupata a sacerdotibus tyrannis, et id generis alia turbulosa recipiendas documenta.

Primo igitur, in genere vari generis flagitia, quibus Israelite dediti essent, castigat, scilicet veritatis, miseri-

cordie et scientia defectum, 1; et commissum maledictum, mendacium, homicidium, furtum et adulterium, 2; secundo, communis prenas, terra, hominibus et animalibus immitantes, 3; tertio, eos invenitables declarat, 4; quartio, indicat extremam supplicium populum, pseudoprophetas et syagogam oppresurum, 5.

Secundo, in sacerdotes potissimum invenitur, quibus exprobatur, *primo*, neglectus populi instructionem, 6; *secundo*, multitudinem peccatorum, offici conditionem dehortantem, 7; *tertio*, offici abusum ad scandulum perversum, 8; *quarto*, islam indicit poenas equales cum populo infligendas, et quae facient ne bona acquista eos satient, nec cesserent mala commissa, 9, 10.

Tertio, ad totam gentem rediens, præmissa brevi sententia effectu fornicationis et ebrietatis, que sunt idiomatice adjuncta, occiduntur Israelites, qui sunt persecuti, prius de idolatria divinatione, 11; *secundo*, de superstitionis cultu, 12; *tertio*, de lacrymis feminarum, impune ad idolatriam sequente, 14.

Quarto, interponit ad Judah monitum, ne *primo*, is loca sacrilega aut ritus profani frequentent, 13; *secundo*, ne sceleribus et penis Israelis participet, 16, 17; *tertio*, ne communies cum eo cibos, protectores et sacrificia habeat, 18, 19.